



109

P

in tenebris & in uia lubrica errore uidelicet heretico
 ad omnē motum impellentur & corruent; & infestus
 dñi mala; Non quo mala sint ut dñi mala inferat sed ma
 la his qui sustinent supplicia. alioquin eadem & mala & bo
 na sunt. mala iuxta eos quos cruciant bona iuxta eos quos
 emendant; & hoc notandum quod annus uisitationis dñi. corre
 ctio peccantium dicitur atque cruciatur; iuxta illud quod scriptum est;
 uisitabo in uirga iniquitates eorum & in uerberibus peccata eorum;
 misericordia autem mea non dispergam ab eis; Et in pro
 phetis samaritarum uidi stultitiam siue iniquitatem; propheta uero
 in babilonia & decipiebant populum meum; Ego propheta sa
 maritarum iuxta mysticos intellectus proprie hereticos dici
 puto. & omnes qui actant falsam si nominis scientiam; Quomodo
 autem prophetae samaritarum quicquid loquebantur propheta
 bant in babilonia idolo uidelicet daemonebus consecrato sic heretici qui
 quid loquuntur in ecclesia siue extra ecclesiam ut supplantent po
 pulum; qui prius cernebat dominum loquuntur in daemonebus;
 unde & significanter ait; Et in prophetis samaritarum uidi stul
 titiam; Non enim habent eundem de quo dicitur; Christus dicitur &
 dicitur sapientia; Et in prophetis hierusalem uidi similitudinem
 siue horribilium; Adulterium & iter mendacium; & confos
 uerunt manus pessimorum ut conuerterentur unusquisque ad
 suam siue auasiam pessimam; facti sunt mihi omnes sodomii
 & habitatores eius quasi gomorra; Non solum inquit in here